

THEOREMATA.

Gquit, & in intelligentiis non est consecutio, nec prouentus, neq; actio, solum enim ibi est causa, & causatum secundum intellectum est causa intelligentis. Nam ut ibi dem dicit, actio agens nihil aliud est, quam extrahere illud quod est in potentia ad actum, eodem modo motus proprius diuisus est in rebus corporis, & est aactus enis in potentia in quantum in potentia motus tamen aequiuocus est motus spiritus talis: in quantum enim aliquid intelligit se, ut sic potest ei mouere se, colligitur ita distinctio ex verbis Auer. in 8. Physi. commen. &c. ubi scribit, soliendo rationem Platonis de Anima, quin uide, inquit. Et hoc est iterum si anima moueret se essentialiter, & moueret se motu proprio ab fratribus, scilicet ut intellectus, & intellectum in ea esset idem, ut declaratum est de primo motore, & de ceteris motoribus abstractis, sed iste in primis dicitur aequiuoco cum motu, qui est a motoribus qui sunt corpora, aut virtutes in corporibus. unde lucidissimus Themistius, in 1. de Anima in expositione text. &c. ubi Aristoteles arguit contra antiquos, qui opinabantur animam seipsum mouere, quia gaudet, & tristatur, & sentit, & intelligit, inquit enim atque hac ratio si quis ea utatur dupliciter reprehendi potest. Primum & affectiones illarum non sunt motus. Deinde si illas motus esse concepero, tamen anima motus esse non possunt, sed per mixtiones. & ibidem dicit. & iudicium non est motus, sed tranquillitas & quietus & infra cap. 34. inquit. Afferendus est etiam alterius modus, unde nam mouetur anima si omnino necessarium sit moueri, sed nec eo motu quo corpora mouentur ab anima, neq; deinceps eo qui si rei in absolute actus, sed eo fortasse qui absolute aperte perfecit. Item primo de Anima. cap. 7. contra Theophrastum qui rationes Aristoteles reprehenderat inquit. Sed resolutus huic loco Theophrastus in his libris in quibus tractat locos ab Aristotele ante perratastratos non edem inquit. Mouetur anima motu quo mouet ipsa corpus iudicia, comprehensiones, affectiones, sunt anima motus, locales uero sunt corporis. Soluendo autem Themistius hanc rationem inquit. Soluto est primum, demonstrat illa iudicia, & affectiones esse motus, hoc nuncquam praestabat utique, si distinctionem motus recipit quam supra nos artulimus motus esse continuum, & avertendi cum tempore ex individuis motionibus non componi de potentia ad actum conferri, & dum confertur obiter retineri potentiam, quorum ille omnium tanquam uideatur & cui clarissime patet motum aequiuocum Auer. & Themistium appellare iudicium, & comprehensionem animae. Et ex hoc patet quantum distent a ueritate in via Aristoteles & Commen. Joan. Scotus, & Gregor. Ariminensis. In hoc punto. Scotus enim in secundo Sententiarum distinctio. &c. q. de motu angelorum. & Gregor. Ariminensis in eodem, secundo distinctio. & q. art. 1. ubi examinat quæstionem de motu grauium, & leuiu in responsive ad quintam obiectionem inquit. Soluendo qualiter idem non potest esse mouens per se & motum, nec pars pars moueat totum, nec quia totum moueat totum. Et etsi ratio Philosophi in 8. Physi. tex. commen. &c. inquit. Ad quantum loquendo de toto, & partibus quantitatibus, ut uidetur sumere Aristoteles, dico, & totum mouet totum, & quelibet pars mouet etiam seipsum. Si autem de partibus qualitatibus vel formalibus potest dici & pars puta grauitas in graui mouet totum. & similiter mouet seipsum, & si esset separata a materia, & a forma substantiali adhuc moueret se, sicut de facto patet in Eucharistia. Tunc cum probatur & totum non mouet totum per illa, quia tanquam inconvenientia inferuntur, dico & illa simpliciter accepta non sunt inconvenientia. idem namq; seipsum alterat, sicut pars de aqua calida que per se reddit ad frigiditatem, ut supra paruit per Auen. & experientia docet, & similiter volvitur causat in se uolutionem, & sic de aliis pluribus, ita sic simpliciter sumpta non repudiat inconvenientia a Philosopho, sed solum in his in quibus solum motus est unicus, id est in quibus principium mouendi est eiusdem speciei specialissimæ cum termino motus, tali si quidem motione Philosophus dicit idem non

posse mouere seipsum primo, ut puta frigidum per frigidum, tamen quam habet actum non frigescit seipsum, nec calidum calefacit se per suum calorem, & quod ista sit intentio eius patet, nam statim ibidem absq; medio addit. similiter autem & aliorum unumquodque, quorumcumque mouens necesse est habere uniuocum, ubi Commen. & iste inquit. Sermo est intellectus ex prædictis. & impossibile est ut ad aliquid moueat secundum quod mouetur, & hoc est in motu, & mouentibus, quæ dicuntur uniuoco. & addit Commen. qd Philosophus dixit, hoc quia hoc non est impossibiliter in motoribus quæ sunt corpora, aut virtutes in corporibus. Ratio est, quia in illis tantum repetitur illa uniuocatio, scilicet non reperitur in omnibus, & in multis repe-
riatur motu aequiuoco. talis autem motio uniuocatio non est in motu locali corporum simplicium, sicut patet, nisi disceretur per loca in quibus actualiter sunt mouentes ad loca eiusdem speciei specialissimæ, & forsitan ad hoc exclusum inter inconvenientia dixit, & ferret, & ferretur. Et similiter dicendum ad aliud illatum, pura & idem effet in actu, & in potentia f. in actu formalis, & virtuali uniuoco, & in potentia formalis, scilicet tali motione uniuocatio se moueret. si autem motio sit aequiuocatio non sequitur nisi ex sit in actu virtuali non uniuoco, & in potentia formalis in extra uulgatum distinctionem, & istud non est inconveniens, sicut per multa exempla declarat, quæ uide si placet. Sed impone mirum est quod in motu aequiuoco, in quo secundum istam expositionem principium mouens, & terminus motus non sunt eiusdem speciei specialissimæ, non sit inconveniens idem mouere seipsum, & idem esse in actu virtuali aequiuoco, & in potentia formalis, scilicet est in motu locali, & tamen Aristoteles de illo motu loquitur in toto illo capitulo, quod incipit ibi, Neceſſe est igitur omne quod mouetur, & incipit a tex. commen. 34. usq; ad 40. loquitur enim de motu locali, nam ut dicit ibi Commen. in principio commentarii uult congregare omnes propositiones prædictas in duobus syllogismis hypotheticis, quorum unus est diuersus, alijs continuus, & concludere ex hoc illud quod intendit concludere, & est quod mouentia quæ mouentur in loco reducuntur necessario ad motum ex se quod est primo mouentum quæ mouentur. & in tex. &c. ubi probat quod totum non mouetur totum, quia tunc idem effet in potentia, & in actu loquitur etiam de motu locali, nam ut inquit Com. ibi in principio commentarii, cum declaratur quod omne motum in locum reducitur ad motum ex se paulo post coeludit quod modo uult perfectari de moto ex se quod est modo mouetur, & a quo mouetur, & intendebat hoc quod niam uidebat Platonis, & motu ex se componitur ex moto & motore qui mouet se. N. scilicet dicit Gregorius quod in motu locali potest esse principium mouens uniuocum cum termino motus, si imaginemur quod per loca in quibus actualiter sunt corpora simplicia mouent ad loca eiusdem speciei specialissimæ, & ideo utilitatis inconvenientia & ferret, & ferretur, nam nullus hoc opinatur, nam locus est in locante. Amplius autem nullus opinatur locum esse de principiis actibus mouentibus simplicia ad sua loca in via Aristoteles, quia talia dicuntur mota ex se, & ex principio intrinsecus actio quod est, ppria forma, & ideo mirum est quomodo allegat auctoritate Auer. quae erat clara, eam inuoluit, per motum enim uniuocum inquit Cömen. intelligit motum qui est motoribus quæ sunt corpora, aut virtutes in corpore, in talibus enim est impossibile, quod id sit per se mouens, & per se motum, unde motus uniuocis est motus proprius diuisus, & est rerum corporalium, nam 6. Physi. demonstratum est quod omne quod mouetur est diuisibile, per motum autem aequiuocum intellectus motum qui est Metaphorice diuisus sicut intellectus, & cognitio, & iudicium dicuntur motus illo modo, inquit in calore commentarii contra Platonem, & hoc est utrum si uia moueret se essentialiter, & moueret se motu, pprio ab stratis, scilicet ut intellectus, & intellectus ea efficiat, idem, ut declaratum est de primo motore, & de ceteris motoribus